



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

[3.] Cui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

me taceat, restituere. Quando tamen, licet rarissime, eveniet, ut meam famam tertie personae credere meritum non audeam aio, tunc licet eam restituere, sed velle omnino rem. Ratio est, quia pluris facienda est mea famam, Adverte de notabili fama esse sermonem, ac notabiliter excedente aestimationem, quam assequeretur dominus de re sua, ut ex *superius* dictis colligi potest. Immo casus, licet etiam rarus esse possit ut propter meam eandem famam, nec rem ipsam, nec valorem restituere teneat, sed expectare mihi liceat, donec nanciscar personam aptam, qua media restituam, &c. Vel si nunquam inveniam, nunquam restituam. Ratio est eadem, quia mea notabilis fama exiguo proportionaliter damno alterius pecuniario prevalere semper debet.

§. III. Cui.

Sane Domino; sed adhuc duae obviae se mihi faciunt quaestiones; aetas faciliores vide apud alios. Prima, an domino restituendum id, quod eidem allatum sit damnum? Secunda, cui restituendum quando Dominus non appareat? Singulas breviter percuramus.

An restituenda Domino res ipsi nocitura.

2. Habeo apud me Petri gladium, & vestes; an possim primo, debeantque eidem restituere gladium, quo ipse sit certus occisurus contra Justitiam suam inimicum, vel etiam forte se ipsum. Secundo, an vestes, quibus licet usus creditur ad fornicandum. Dixi (certo), nec enim sufficit dubium; cum nemo sit praesumendus in dubio acturus male, imò neque probabilitas morale certitudinem non patiens: quia si sit probabile, dominum hoc gladio peccaturum, erit etiam probabile oppositum: at in pari probabilitate melior est conditio domini, qui rem suam apud te possidet, ut dictum est *sup. lib. 1. cap. 3. §. 3. deinceps*. Exciperem furiosum, huic enim non redderem gladium, & si solum probabiliter, imò, & si sola suspitione timeam aliquod proximo malum. Ratio est, quia sic favebo forte innocenti, & ex alia parte furioso, dum talis est, nullam injuriam facere censeor.

3. Iam verò, quoad prius: Assero regulariter, me non teneti, imò me peccare contra Charitatem, si restitnam rem ei, qua usurus sit ad peccandum contra Justitiam. Ita *S. Th. hic ad Primum* Ratio est, tum quia hic non agitur, de neganda restitutione, sed differenda: at, quae maior ratio differendi, quam velle expectare bonum, & utilitatem ipsius domini: Tum quia, si quando possum, debeo auferre gladium ab eo, qui vult occidere innocentem, quanto magis gladium denegare?

4. Addidimus illud (regulariter) nam aliquando denegare non teneor. Primo, quando non possum sine magno meo incommodo, v. g. cum periculo meae vitae, vel fortunatum, nisi forte bonum commune exposcat, ut ne tunc quidem reddam, nam juxta dicta *sup. lib. 6. c. 3. §. 2. num. praesertim* 4. tunc bonum commune praefertendum esset meo.

Secundo: si ex mea denegatione scutura essent maiora, vel aequalia mala; Cum enim tunc spes non esset obviandi malis, cessaret ratio rem alienam retinendi, vide *in ox. n. 10.*

5. Addidimus item (peccare contra Charitatem) quod certum est. Quid verò, peccabone etiam contra Justitiam, ita ut obliget ad restitutionem, si dominus damnum injuste alicui inferat cum eo, verbi gratia, gladio, quem ego culpabiliter reddidi? Molina *tom. tertio, disp. 755.* docet me peccare solum contra Charitatem, Lessi verò *lib. 2. cap. 16. dub. 4.* contendit etiam contra Justitiam, idemque multis probat *Salon. hic contr. 2.*

6. Profectò, Lessi sententia probabilior est, tunc valde proxime cooperaretur ad injustam illam actionem occisionis, reddendo gladium, quem usurus sem. Dices, neque contra Charitatem, neque contra Justitiam peccas, reddens pecuniam debitam ei, qui usuras, fraudes, & illicita mercimonia à domino exercenda, ergo neque in casu nostro. Respondendo gando consequentiam; nam illa delicta valde sunt nota à mea redditione pecuniae, quòd si que cogitatio cum peccato alterius appareat, satis excusatum bito, quòd ego habeo reddendi domino pecuniam, At praedicti gladij, & similium reddidit, de quo loquimur, proxima est ipsi actioni injustae, quae fitur est. Quare, si non est aliqua major, vel similis peccati, reddendi equalis esset metus mortis, vel similitudinis mali, non excusabor à peccato, non solum contra Justitiam, quòd omnes concedunt, sed nec à peccato contra Justitiam, quòd cum Lessio contendimus, quia cooperatio tam propinqua ad actionem injustam, etiam injustum constituit, quasi socium, & cooperatum ejusdem delicti contra Justitiam.

7. Iustas, Nemo tenetur ex Justitia (etiam peccata defendere innocentem, nisi id ex officio illi incommodum possit: ergo neque ego teneor ex Justitia denegare gladium volenti occidere eundem innocentem, sed solum teneor ex Charitate. Respondendo, consequentiam: Aliud enim est defendere innocentem ad quòd non teneor, nisi ex Charitate, aliud non tenentur ad occisionem innocentis, ad quòd teneor ex Justitia, & huius ratio est, quia cooperari, est peccativè esse veluti socium, complicem delicti, quòd non est, non defendere, respectu eius, cui non iniuriam ex officio. Et hinc etiam fit, ut si dominus occidit inimicum, sumeret ex se gladium suum à mea domo, ego non impedirem, cum possem, sit inquam, ut tunc solum contra Charitatem delinquerem, qui non cooperaretur quasi confocius, sed solum negaretur habere rem.

8. Iustas iterum: Ergo etiam ego peccarem contra Justitiam, si redderem pecuniam promissam usurario, quae seio ipsius usurum ad injustas usuras, quia dicitur illi materiam tam proximam usuris, iam cooperaretur ei illo, veluti socius ad injustam lucrum. Respondendo, esse per se, & nisi ex aliquo capite accederet excusatio certe semper accidit. Primo, ne rixae sint cum usurario. Secundo, ne ego habeat infidelis. Tercio, ne quantum iterum in tuto indigero, idem usurarius, vel alius usurarium mihi detrahet. Adde denique maxime me excusare ex eo capite, quòd usurarius semper sit paratus ad impetrum lucrum extorquendum, de qua re dictum est *sup. lib. 5. c. 1. §. 4. à n. 5. praesertim 4. 2.*

9. Quoad posterius: Assero, me non teneti restituere, imò contra Charitatem me peccare, si restituam, quo certo seio dominum peccaturum contra alias virtutes à Justitia, nisi accedat excusatio. Ita Lessi *lib. 2. dub. 4. Molin. d. 755.* Val *hic. quest. 6. p. 7. ex S. Thoma. quest. ult. art. 6.* Ratio est, quia ex lege Charitatis tenentur succurrere proximo indigenti, quando sine magno incommodo possumus, ut hic nos posse supponimus. Quamvis ergo creditor absolute habeat ex vi iustitiae petendi suum, non tamen hic, & nunc, quando peccatum facile per denegationem illam removeri potest: Justitia enim non est contraria Charitati, sed potius illi maxime subordinata.

10. Urget: Si Dominus vellet uti sua pecunia ad peccandum, ut non posses illam pecuniam auferre, ut peccatum impedires, satis enim est, si utaris (quando peccatum est emenda) correptione fraterna, ergo neque peccatum ejusdem domini pecuniam denegare. Respondendo, ergo consequentiam: Nemo enim tenetur impedire alium peccatum, vi detinendo, res ejusdem auctoris: hoc enim esset magnum onus, & ex se valde fideliter

Ignoto vel incerto Domino, cui restituendum?

incommodum: At tenetur impedire non concurrendo, nec prebendo positivè materiam, & instrumenta ad precandum, quia id non est ex se valde onerosum, & incommodum.

Signatè dico ex se, & numero præcedente dixi (nisi excusetur excusatio) nam sæpissime excusantur Fideles, à restituendo. Primum, quia negare non possunt suum Dominum sine periculo notabilis mali: si enim ipsi non restituerent, potest Dominus agere coram Iudice, & illos compellere, qui cum non possint probare pravam Dominii intentionem, præsententur litis expensas: infidelitatisque notam, idque sine fructu, nam Dominus suum recuperando per Iudicem, intentionem malam, ut libenter, exequatur. Secundò, quia, si res agatur inter æquales, facile suboriuntur inimicitia, unde peiora mala consequeretur. Ex quibus colligo, Dominum restituendum suum, valde rarò posse repelli, quantumvis eius malus finis cognoscatur, quia valde rarò ex denegatione incommodum notabile debitori cessabit.

Cui restituendum, non apparente, seu ignoto Domino?

11. Nisi hic distinguas, facile, ut certè non rarò etiam doctis accidit, prolaberis. Quatuor hæc sunt diversi casus. Primum, quando Dominus est valde distans. Secundò, quando est defunctus. Tertiò, quando est ignotus, seu incertus. Quartò, quando rei, de qua agitur, Dominus nullus est. De primo dicitur mox in Circumstantiis Quo loco, de cæteris hic.

Defuncto Domino rei, Cui sit illa restituenda

12. In hoc casu restitutio facienda est legitimo hæredis, legitimus autem est, vel per testamentum, vel per Iudicis sententiam, vel per legum dispositiones, & cum ab intestato remanet hæres, quæ est strictior in gradu. Ratio dicti est, quia hæres succedit in omnia iura realia defuncti: id enim est, esse hæredem.

13. Quid, si defunctus nullum habeat hæredem, nec de rebus suis disposuerit, quando bona ab ipso relicta vocantur bona vacantia? Respondeo, ex se hæc de iure nature sunt primi occupantis, habentur enim pro derelictis, nulliusque Domini sunt. Si quidem mortuus amittit omnia bona temporalia, nec eorum amplius in alia vi Dominus est. Cum ergo ante mortem nihil disposuerit, nunc verò post mortem disponere non potest, remanet ea bona sub nullius dominio.

Dices, disposuit tacite, & Interpretativè, ut illa distribuerentur inter pauperes, vel loca pia pro ipsius anima. Respondeo. Quid, si hic erat Gentilis? Quid, si est in inferno? Quid, si aliis voluisset relinquere, & quia loqui non potuit, non disposuit? Ita Sotus. Petr. Nov. Vsq. Less. apud Dicast loco mox citando, n. 373. Valde igitur incerta est hæc tacita voluntas, atque adò viventes nunc obligare non poterit.

14. Dixi autem (ex se, & de iure natura) nam in aliquibus Regnis applicatur Fisco, An ante sententiam, vel post illam, & considera, ubi videris Petrum à Navarra lib. 4. de rest. cap. 2. n. 8. L. si vacantia, de bono vacantibus, lib. 10. vel si per leges, si per consuetudinem introductam timoratorum ejusmodi bona quælibet solent, & debent pauperibus, vel locis piis, ex Dicastill lib. 2. de iust. tract. 2. d. 9. dub. 14. n. 380. citante Azor. & Reginaldum; sed quid, si debeant solum ex consuetudine congruenti, non verò obligante? Unde, & his faver Bulla compositionis, ut pluribus ingeniosè docet, me citato, amicissimus P. Franciscus Baldi lib. 2. tit. 2. n. 9. 16. Mobilia Peregrinorum, si hi decedant intestati, & sine hæredibus distribuantur in pias causas per manus Episcopi illius loci, ut habent iura Auth. omnes Peregr. C. communia, de successione. De quibus videantur Mol. tom. 1. de iust. d. 53. Dicastill. loco cit. aliisque passim.

Pars I.

15. Nihil hic distinguas, facile, ut certè non rarò etiam doctis accidit, prolaberis. Quatuor hæc sunt diversi casus. Primum, quando Dominus est valde distans. Secundò, quando est defunctus. Tertiò, quando est ignotus, seu incertus. Quartò, quando rei, de qua agitur, Dominus nullus est. De primo dicitur mox in Circumstantiis Quo loco, de cæteris hic.

16. Quoad prius, tria breviter sunt notanda. Primum, quando situr, nempe pertinere ad unum ex duobus, vel tribus, sed ignoratur, ad quem determinatè pertineat, debet inter illos dividi juxta ipsorum voluntatem, immò & pro rata maioris, vel minoris probabilitatis, vel dubij, ut lib. 1. c. 3. §. 3. & §. 7. v. Restitutio, dictum est à nobis in simili. Ita Less. l. 2. c. 15. dub. 1. n. 2. lege Ludov. à Cruce in Bullam Cruciatæ, d. 3. dub. 6. n. 4. sine.

17. Secundum: Quando quis Communitatem aliquam, redditus v. g. vel feudum alicuius civitatis hæsit, restitutio facienda est ipsi Communitati, non autem particularibus Civibus, quia Communitas ipsa læsa fuit. Ita Vasquez, de restit. c. 5. §. 4. dub. 6. n. 1. Rebell. 1. p. 1. 2. q. 12. & l. 1. q. 15. Molin. r. 2. d. 544. Less. l. 2. c. 14. dub. 6. & 7. & c. 5. dub. 1. Azor. 3. p. l. 4. c. 26. Dicast. l. 2. de iust. tr. 2. d. 9. dub. 14. n. 365.

18. Quidam Senator prædixit Civitatis, dum eam gubernaret, sepulit sibi ex publicis redditibus aureos mille, meque interrogabat, an posset ea distribuere in pauperes ejusdem Urbis, & sic ad onere restitutionis liberari? Respondi, nequaquam, quia in aureos illos, non magis Jus habebant inopes, quam locupletes. Debent ergo restitui ipsi ærario publico. Quando enim defraudantur ea loca, quæ faciunt unum corpus ex multis, ut Montes Pietatis, Seminaria, Hospitalia, &c. non verò defraudantur ipsi peculiares alumni, convalescentes, infirmi, &c. non satis sit restituendo his, sed omnino restitutio facienda est ipsis locis fraudatis, ad quorum deinde Superiores pertinet ea bona restituta simul cum cæteris administrare.

19. Tertium: Quando quis læsit non Communitatem ipsam, ut dictum est, sed multos ex ipsi particularibus, qui cognosci nequeunt, quando in bello injusto Civitas prædatur, restitutio fiat, vel Magistratui, vel Episcopo, vel Viro probo qui dividant in singulos Civibus pro damno accepto, quantum fieri potest. Ita de Lugo tom. 1. de iustit. disp. 6. sectione. 12. n. 148. in simili, verò. Hinc inferitur primo. Quid si hoc idem non potest, ut accidit, quando quis defraudat in pretio, vel mensura eos, qui emunt minutiores cibos, non enim potest scire quos in particulari læsit, scit tamen læsisse hanc viciniam, hanc Civitatem, hunc Populum, tunc iudicio prudentis viri, aliquid bonum his defraudatis commune faciat, quo quantum fieri potest damnum compensetur. Vide citatos. Atque hunc jvari posse per Bullam Compositionis, ubi ea conceditur, monet r. c. Ludovicus à Cruce in Bull. Cruc. d. 3. dub. 14. n. 3.

20. Quoad posterius, est, quando certò constat, adesse rei Dominum, qui sit omnino ignotus, duo casus sunt distinguendi: Primus casus est, quando res venit restituenda ex radice iniustæ acceptionis, vel similibus iniustitiis. Et tunc si facta deligentia inveniri Dominus non possit, est omnino ex definitione Alexandri Pontificis pauperibus, vel locis piis distribuenda, cap. cum in de usuris, ubi Alexander III. iustas iubet tradi pauperibus; quod Doctores extendunt ad alia ex quocunque delictò, Dicast. lib. 2. de iust. tr. 2. d. 9. dub. 14. n. 368. in hac enim, & simili materia sub pauperum nomine semper intelliguntur etiam loca pia. Posse tamen etiam in hoc casu ului esse Bullam compositionis, meritò notant Doctores, Navarr. ibidi man. cap. 17. n. 43. & communiter apud Dicast. l. c. num. 38. Molin. d. 748. Lud. à Cruce l. c. aliisque. Ut etiam si is est verè pauper, posse tibi applicate, iidem notant; Molin. d. 747. Less. lib. 2. cap. 5. n. 41. Et denique addunt iidem, etiam posse dari, &

K k 2 debere

debere ex de Lugo i. de iust. d. 20. sect. 8. §. 1. n. 191. fm. & latius ibid. d. 6. sect. 12. si sint heredes, Consanguineis Domini rei ablata, Patri, verbi gratia, filio, &c. praesertim, si ij sint pauperes, & ita prudenter iudicetur velle Dominus.

21. Secundus casus est: Quando res restituenda veni ex contractu iusto, vel ex re, quocunque modo bona fide accepta, & communis diffinitas solet hic esse de rebus casu inventis: (nam de habitis ex dicto contractu mox dicam n. 31.) v. g. de maris pro nummis pleno, annulo aureo, libro, &c. forte inventis in via, in templo, in platea, quae praesumuntur habere sine dubio dominum. Facta enim diligentia, nec domino invento, cuius hae erunt restituenda?

22. Duplex, ut solet, est sententia; Altera communis, debere pauperibus distribui. Ita Molina, 3. disp. 746. Ratio est, quia cum bona habeant actualem Dominum, non sunt censenda bona derelicta, quae sint primo occupantis, sed sunt applicanda iuxta praesumptam Domini voluntatem, quae certe saltem inter fideles est, ut pauperibus, vel in cultum Dei locis piis.

23. Altera mirus communis, sed mihi, vel probabilior, vel aequae probabilis (certe P. Franciscus Turrifis nostrae Societatis doctissimus Theologus, & in Philosophicis amantissimus Praeceptor meus, hanc meliorem appellabat) docet, posse quempiam rem eiusmodi sibi retinere, animo tamen, ut si compareat Dominus, ei illam reddat (si tamen nondum eam consumpserit) vel id in quo factus sit ex illa ditior. Ita Sotus lib. 5. de iust. q. 3. art. 3. Arag. 2. 2. quest. 66. art. 5. & Molina. fatetur hanc sententiam doceri a multis recentioribus; Vasquez, Maldenus, Castro Pal. p. 19. de iust. in gen. d. un. puncto 4. alique apud de Lugo tom. 1. de iust. c. 6. sect. 12. num. 138. & apud Dicastill. l. c. n. 422. quam ipse probabilem etiam vocat n. 481. Ratio huius sententiae est, quia quamvis verè, & ut ita dicam, physice, hae inventa non sint bona derelicta, sunt tamen moraliter quasi derelicta: Cum enim Dominus non habeat spem rem suam recuperandi, iam non amplius, secundum humanam aestimationem, iudicatur amplius de illa velle disponere: cedunt ergo primo occupanti. Non autem esse hae bona vacantia, nimis est clarum, ex Molina tom. 1. tract. 2. d. 53. quia vacantia ea solum sunt, quae relinquuntur à Defuncto, modo in sinuato num. 14. qualia certè non sunt, nec praesumuntur esse eiusmodi inventa. Adde ipsam praxim, quia videntur omnes cessasse suo Iuri rebus omnino deperditis, cum, sapienter, ne timorati quidem ea pauperibus distribuunt, sed suae sorti attribuant ea invenisse. Adde iterum, Dominum magis praesumi velle rem suam servari apud inventorem, ut si forte antequam res consumatur ipse Dominus compareat, ipsi reddatur, quam distribui pauperibus, qui statim rem consumant, nec spem ullam relinquunt reddendi.

24. Ex his vides, me non fundare, ut alij faciunt, hanc doctrinam, quasi dicam, hae inventa verè non esse sub physico dominio sui Domini: Vide de Lugo loco citato sect. 10. solum enim dico, statim, atque facta diligentia Dominus non apparet, moraliter iudicari, esse sub dominio nullius, propter voluntatem praesumptam Domini volentis amplius de illa disponere.

25. Obiicies cum Molina loco citato, qui sic contra Sotum, atque ad eò contra nos argumentatur: Si hae inventa bona post exhibitam diligentiam essent derelicta, & ab inventore retineri possent, possent etiam retineri acquisita ex delicto, verbi gratia, ex furto vel usura, quando horum ignoratur Dominus, quia pari modo essent existimanda derelicta, quod tamen negavimus num. 20.

26. Respondeo, magnam adesse disparitatem, & totam ducendam ex voluntate interpretativa Domini, qui iam supponitur adesse, licet incognitus. Hic enim rationabiliter praesumitur velle ut inventor, & universim omnes bonae fidei possessores, ea inventa servent, immò iisdem fruantur, quandoquidem bonae fide, & sine iniuria

ipsum Domini occupavere: at nullo modo praesumitur velle ut ille, qui iniurius fuit, ea bona per invidiam arripendo, eadem sibi servet, vel ut fruatur, licet ergo Dominus sua bona aliquando quasi derelicta, tamen pro fure sibi iniurio, sed pro viro nulla habet culpa laborare.

27. Dixi (quasi) iam Molina reprehendit Sotum perinde ac si diceret hae esse secundum omnem rem non derelicta, id, quod certè ita non est, quia occupata non sunt, si Dominum actu, licet incognitum, habeant. Nos igitur dicimus esse quasi derelicta, quod hunc effectum, quod ex praesumpta Domini voluntate possit ea sibi, donec forte Dominus compareat, retinere.

28. Quid, si comparente forte Domino, res inventa sit consumpta omnino? Respondeo, si res sit bona consumpta, nec inventor sit ex illare factus in ditior, puto, ut modò innuimus, non deberi Dominum aequivalens, quia bona fides liberat eiusmodi inventorem ab onere restitutionis. Idem dicendum est in rebus supradictis, quando quis sibi, ut vero pauperi, applicuit, meritò docet Lessius lib. 2. cap. 14. num. 43. alique apud Dicastill. lib. 2. de iust. tra. 2. d. 4. num. 399. & deinceps. Quod si res extet, vel quid, in quo factus sit inventor ditior, sanè debet Dominò comparenti reddere; nemo enim debet ditior rebus ditescere. Ad quod ita verum est, ut etiam ex probabiliore sententia Molinae & Lessij contra Petrum de Varr. & Rodrig. apud Barth. à S. Faust. in spec. Conf. d. 4. quest. 178. si ea inventantur, iam pauperi restituenda debeat pauperi Domino comparenti reddere, si illa non per in individuo habeat, vel factus in eis fuerit ditior. Si inventantur appropriata per Bullam Compositio nis, idem esse tenendum, & consulendum, sed probabilitate non carere, quod possint retineri, saltem donec accedat Iudicis sententia, docet Castro Palus de Bull. Cr. p. ult. §. 1. n. 7. aliud benignius dicam in Tractatu Bulla Cruciatu, cap. 18. à n. 9.

29. Denique tria advertet: Primum, si rem alienam invenisti, & acquisivisti, cum magno periculo, vel bigratia si ex incendio rem illam liberasti; Dominus non tuatur verò potes aestimationem tui periculo, & laboris exigere, ut etiam expensas, damnumque emergens, lucrumque tibi forte cessans, &c. Ita Lessius d. 2. cap. 5. dub. 18. num. 67. vide quae dixi 1. 3. cap. 2. §. 8. num. 2. Pro ipsa tamen sola inventione nihil ex iustitia potest requirere, sed solum ex gratitudine. Ita Covarr. de peccatum, part. 2. §. 3. num. 3. alibi citatis. Ratio haec est, quia tota res inventa Domini est, tota igitur reddenda. Si si tibi aliquid necessarium exigas, iam non totam reddeges. Ratio autem, quod pretium tota diligentia potes exigere, est, quia utilis gestor negotij Domini fuisti: ergo potes aliquid moderatum accipere, prodatum, inquam quia secus non esses utilis gestor negotij, ut dictum est sup. tract. 2. cap. 8. à n. 7.

Quod dixi de re incendio crepta, dictum repeto de crepta ex naufragio. Solum hic addit excommunicationis Bullae Coena contra occupantes bona naufragantium: ubi semper intelligitur, si adsit, ac nolit restituere Dominus; secus, de illis decerne, sicuti de rebus derelictis non fiat restitutio incognito Domino.

Præterea, rectè docent Suar. tom. 4. de censuris in expositione Bull. Coena, disp. 2. v. sect. 2. allatus à de Lugo tom. 1. de iustitia, disputat. 6. sect. 10. num. 99. Castro tract. 6. disput. 3. punct. 5. num. 2. Diana p. 9. tract. 8. q. 2. vers. notandum verò; non incurri excommunicationem ab eo, qui illa bona capis, animo eadem restituendo, si Dominus, licet interim is utatur: modò impotens fiat restituendi Domino forte comparenti.

Si quis furetur, vel dono accipiat hae bona naufragantium ab eo, qui primò occupavit, contra hanc Bullam excommunicationem: Contra hanc docet Suar. de censuris disp. 2. 1. section. 2. n. 33. quia, quamvis meditate, non accipit naufragantium bona. Negont. Sayr. & Sotus

Domini loci. Quintam, si in loco publico, dividatur inter Fiscum, vel Civitatem, & inter inventorem; Si verd in Ecclesia, seu loco Sacro, quod non sit in ullius bonis, pari modo inter Ecclesiam, seu Prælatum, & inter inventorem dividatur. Quid fiat, quando est duplex Dominus, alius quoad proprietatem alius quoad usufructum, vel quid simile? Præter Jurisperitos in leg. modo citatus, & passim, legatur etiam apud Theologos, Molinam disp. 56. Lessium loco cit. de Lugo loco cit. Caramuel lib. 2. Theol. moral. a n. 298. & passim.

34. Dico secundò: De iure naturali, immò, & Gentium, Thesaurus est inventoris. Ita de Lugo loco citato, num. 112. Molin. disputat. 56. Sotus lib. 5. de iustitia, quæst. 3. artic. 3. Med. lib. 1. de iustitia, cap. 4. & communiter. Ratio est, quia in nullius est dominio, ut ex thesauri definitione modò allata manifestè apparet. Si aliquod damnum fecisti, ut Thesaurum arripes, verbi gratià, vineam extirpasti, vel murum destruxisti, &c. hoc totum debere Domino restitui dubium esse non potest.

35. Porro, Quoad forum externum videant Iurisconsulti, quò se extendant illæ leges, aliaque forè propria municipales. Quoad forum internum, & in conscientia sic habet Sylvester, v. Inventum, num. 13. (favent Sotus, & Medina loco citato, quatenus negant Principem posse statuerè, Thesauros totos esse suos: lege Franciscæ. Bardi in select. mor. lib. 2. q. 16. num. 6. Secundum Petrum de Palude hodie ubicunque invenitur Thesaurus, de consuetudine est Principis. Sed e contrario, istam consuetudinem in conscientia non ligare: quia non est introducta per modum legis, sed violentià; nec fuit unquam moribus ventium approbata, nisi violentè. Est etiam contra iura Canonica, quæ volunt, bona incerta si restituenda sunt esse pauperum: & si non sunt restituenda, esse contra iura Civilia & contra naturalem æquitatem: ut patet in dict. §. Thesauros, vbi dicitur, quòd D. Andr. naturalem æquitatem fecerit, &c. voluit Thesaurum inventum in proprio fundo, esse totum inventoris, contra quam æquitatem, consuetudo non potest. Hæc Sylvester, qui quamvis loquatur de consuetudine applicante totum Thesaurum Regi, tamen multum favet asserenti, quòd nòlo decernere. Lege Caramuel, libro 1. Theolog. Moral. num. 289. favent ex parte Bannez alique apud Dicastrill. lib. 2. de iustitia tractat. 2. disput. 6. dub. 15. à numero 410. & propendit Lessius lib. 2. cap. 5. dub. 17. num. 66. citans Sylvest. & Sotum, quibus adde Trull. in explic. Cruciatæ, lib. 35. casu 14. num. 10. Lopez, qui dicit, inventorem non obligari quid dare Principi, antequam exigatur.

36. Ex eo capite, quòd Thesaurus de iure naturali est inventoris, sequitur, posse te emere ab alio fundum, in quo se is (etiam certo) adesse Thesaurum. Cum enim ex una parte Thesaurus in solus nullum habeat Dominum, & consequenter Dominus fundi non sit Dominus Thesauri; atque ex altera parte tu fundum iusto pretio emas, ut supponimus: non est, unde ulla culpa committatur. Ita S. Thom. Bannez, Nav. Molina, Valent alique apud Turr. disput. 43. dub. 1. num. 1. adde Vasquez, alique apud de Lugo loco citato, num. 126. Quidquid Angelus, Thabiena, Atmill. apud Turr. num. videm, nimis scrupulosè dixerint.

37. Dices: At fundus, in quo adest Thesaurus, majori pretio est dignus: Respondo, non ita: Dignus enim est solo pretio secundum communam hominum estimationem, quæ est regula constituens pretia rerum, ut suo loco dictum est, at, donec later Thesaurus, communis æstimatio est perinde ac si nullus omnino sublateret. Dari solet exemplum de Pharmacopola peritissimo, emente vili pretio fascem lignorum, in quibus cognovit adesse pretiosissimam herbam communiter ignotam.

38. Denique audi resolutionem Caramuelis loco cit. num. 288. circa casum, qui frequenter accidere solet:

Nulla existente Domino, cui res restituenda: Vbi de Thesauro.

31. Sub nullius dominio sunt ea, quæ sive à Domino sive Dominum de relicta, ut quæ Dominus ipse à se proicit sive Dominum nunquà habuerunt, ut gemmæ rudès ad lamas inventæ. Huc spectat Thesaurus qui definitur esse Venus depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut iam dominum non habeat. Addit Lessius citatus à de Lugo mo. citando, id verum esse, quamvis sciatur, quòd iam maiores Thesauros condiderint: nam quòd tanto tempore desit possideri, desit esse in dominio, tum recondentis, tum eius hæredum. Ita Lessius, à quo dissentit de Lugo tom. 2. de iust. disp. 6. sect. 1. n. 11. quia tempus quamviscumque diuturnum non tollit dominium rei à suo Domino: h. est cognoscatur Equidem ad hæc Lessio, quia ex diuturno tempore clarè colligitur, Dominum voluisse derelinquere; seu à se illam pecuniã proicere, &c.

Quid autem de illo casu, què in alium finem enarramus supra, l. 2. cap. 6. §. de superstitione: q. 12. De nocte quendam avacis senex terræ infundit Thesaurum, ego id eum præsentis, possimne hodie iudicare illud aurum esse deitum, & iuxta mox dicenda mihi illud effodere? Respondo, si sum certus eum non infodisse ad custodiam, sed animo, ut ille Thesaurus in posterum lateret, & pareret nemini: possem, puto, mihi auferre; at si ad verum infodisse ad incram custodiam, certè nò possem. Ratio vtriusque dicti est, quia, si ad custodiam, non desit auri dominium esse apud senem: At si, ut lateret in posterum, iam præsumitur senex abdicasse à se suisque hæredibus illius Thesauri dominium, instar Crætis Philosophi, qui suas omnes divitias in mare proiecit, ut libertatis Philosophiæ vacaret.

Thesaurus inventus

33. Sed iam propius ad rem nostram veniamus. Dico primò adesse quãdam leges in iure communi circa Thesauros. Primam, si in loco proprio invenitur Thesaurus, totus esto inventoris. Secundam, si ubilibet invenitur per artes magicas, vel nralas, fisco regio applicetur. Tertiam, si in loco alieno, de industria absque Domini consensu, totus Domino loci cedat. Quartam, si in eodem loco alieno sed casu, simidium sit inventoris, dimidium



Petrus conduxit operarium, ut puteum effoderet in domo sua, nempe diurni florenti pretio, & hic ollam auro plenam invenit, cuiusdam inventi, sibi, aut conductarii? Respondeo, sibi, Ratio est, quia illud est inventoris. Stando enim in iure natura, omnes thesauri, cum ex se nullius sint, sunt inventoris, qui nihil tenebitur dare Regi, nihil Republice, nihil Domino agris, in quo reperit. Sed nunc Petrus est inventor, ergo, &c. Obicitur: at vinator Mercatoris gemmas in mari quaerit: Respondeo ita, quia conductus est ad gemmas quaerendas, & operarius conductus fuit ad aquam quaerendam, non thesaurum & sic dicitur vinator & forte in mari inveniret enses, sibi illum acquireret, sic thesaurum fossor, &c. Addit sic: Si lapidis lapsu videretur, aut occideretur casu operarius, sane Petrus non tenetur operario ratione istius damni non praesens, ergo neque operarius, ratione thesauri casu inventi. Taceat ergo operarius, & gratias agens Deo custodiat beatior sine teste. Haec ille, abstrahens à legibus positivis, de quibus postea loquitur, & de quibus paulo ante nos egimus, & de quibus videretur Francisc. Castill. *num. 3. decis. 240.*

§. IV. Quantum.

Tantum debet restitui, quantum est ablatum, ablati autem nomine intelligi damnum, luctus, fructus, &c. iam satis in superioribus est explicatum.

§. V. Quomodo.

Nisi sit alicui obviandum scandalo, satis erit si restitutio fiat sive occulte, sive publice; sive per se, sive per alium: Ita Dicast. lib. 2. de Inst. tract. 2. disp. 11. dub. 10. m. 121. vide *supr.* §. 3. non enim est deneganda restituenti, sua fama conservatio. Porro, aliquot mihi fuerunt propositae difficultates, quae ad huius circumstantiae dilucidationem facere possunt, & sunt eiusmodi.

Restitutio facta Domino illam non advertenti.

2. Prima: An satisfaciam, si ita occulte restitvam, ut ne ipse quidem laesus advertat. Debeo, verbi gratia, tibi centum ex iniusto, sed occulto latrocinio, & quia sum tuus per familiaris, timo quoque, si secus quocumque alio modo restitvam, ne fur deprehensus, singo tempore tuarum nuptiarum dono tibi gemmam auro insertam eiusdem valoris, ac furtum, revera tamen reddidurus, liberaborne sic ab onere restitutionis, quo gravabar? Ratio dubitationis est, quia certo moraliter, vel saltem probabiliter scio, te utpote gratissimum Virum, mihi alterum tantum in aliqua simili occasione redonaturum, non redonaturum, nisi ego antea donassem. Respondeo, cum haec redonatio sit ex mera liberalitate, ad quam ego amicum, nec induxi, nec obligavi, non dicor nisi indirecta causa illius, seu non sum absolute illius causa, sed solum occasio; quare, cum periculum istae famae sit causa proportionata, me excusans à cooperatione huius novi detrimenti, quod ex occasione tui facti muneris patitur amicus, non peccabo, nec ad restitutionem consequenter obligabor. Confirmatur, quia ad vitandam infamiam notabilem, licet differre restitutionem, immò & non restituere, cum sana sit bonum superioris ordinis, ut diximus *suprà*, cum de adulterio: cur ergo idem non procedat in casu huius occultae restitutionis, quae magis favet creditori? Ex quo vides, idem (si ab sit proportionata causa) si, si licite non posse.

An satisfaciam debito iustitiae per donum gratuitum immemor dicti debiti? Vide apud Trullench. affirmantem in *Dialoz tom. 2. lib. 7. cap. 4. disp. 5. num. 10.* contra Rodriguez ab ipso citat. legatur omnino P. Bald. sentiens cum Trullench. apud Dianam *part. 5. tract. 13. resol. 44.*

Restitutio facta per intermediam personam.

3. Secunda: Rem, quam Domino debebam, eidem

nisi per hominem, quem credebam fidelem, sed ipse neri suo non satisfaciens, aufugit, obligaborne restituere?

4. Respondeo. In aliquibus conveniunt hic Doctores. Lege Navar. Less. Rebell. Molin. aliisque mox citatis quibus adde Castro Pal. de *Iustitia commutativa* §. 1. puncto 17. §. 9. Discrepant in uno.

Conveniunt primò; si debitum est ex re accepta, res est in individuo aliena, verbi gratia, vestis, argenteum, haec numero mensura tritici, quotieslibet culpa gravi Theologica, ad Dominum non affertur nihil te obligari. Ratio est, quia res Domino perit, nisi adhuc in aliquo factus sis ditior, hoc enim ad te debet non est controversum.

5. Conveniunt secundò, si debitum est ex contractu, quo aliquis à te alicui debetur, pari modo in individuo, verbi gratia, Vestis commodata, equus locatus, imo pecunia per modum massae deposita, proinde saltem esse, te non obligari, quoties sine tua culpa perit, & quia ex contractu non obligatur quis, nisi diligentiam moralem proportionatam illi rei, de qua agitur, in eodem contractu, ut *suprà* universum dicitur: cum ergo tu tradendo huic homini, qui est de fidelem credidisti, non peccaveris saltem in materia, erit probabile, te ad iterum compensandum non urgeri.

6. Conveniunt tertio; Si debitum sit ex eodem contractu, ut si debeatur pretium rei emptae, vel item si debeas ex re accepta. Verum, ita, ut debeas alicui in individuo alienum, sed debeas pecuniam solvere, per aquivalentem, te non liberari ab iterata restitutione. Ratio est, quia cum res quando perit, suo domino perit, illa pecunia in manu mediatoris tibi perit, qui est Dominus, quare creditor adhuc erit satisfaciendus. Excepi nisi illam miseris per hominem designatum ab ipso creditore. Ita Doctores communiter apud Dicast. lib. 2. de *restitu. tract. 2. disp. 3. num. 107.* tunc enim creditur in suo homine designato, suam fecit pecuniam, ab ipso ipse perit. Et tamen Tancredi *part. 2. quest. moral. tract. 2. quest. 16. num. 3.* probabile iudicat, (Et quidem merito, si rem restituendam, vel pecuniam misit per fidem hominem, quia sic prudenter se gessit, praeterquam cum nemo sit obligatus per se immediate rem Domino afferre, sed sufficit per personam prudenter interpositam idoneam.

7. Dissentiunt autem Doctores. Si debitum sit ex delicto: Furatus es equum, misisti per hominem fidelem, verbi gratia, per Confessarium, sive ementem equum, sive eius presium in hoc enim casu idem est, si rem restituendam, vel pecuniam misit per fidem hominem, quia sic prudenter se gessit, praeterquam cum expectationem sibi usurpat, adhuc obligeris ad iterum restituendum? Te liberat à restitutione prima sententia. (Ita *Concedo de paupertate Relig. dispensatione* §. 4. n. 8. Diana *parte secunda, tractatu 3. sectione 17. resol. 2.* dicens hanc esse sententiam tutam in praxi. Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 6. num. 67.* dicit non esse omnino improbabilem; Fillicinus *tom. 1. tractatu 32. cap. 1. num. 133.* Rodriguez, Petri, Navar. citati à Ducastillone citando, *num. 114.* Diana *parte secunda, tractatu 17. resol. 1.* quia tu fecisti quantum potuisti, & quia tunc creditur iudicant consentire huic transmissioni per hominem fidelem, perinde ac si ipsemet designasset, si quidem non prudenter te gessisti. Te nequaquam secunda sententia liberat. (Ita Lessius *loco citato, num. 65.* Rebell. *de restitu. quest. 13. sect. 3. num. 11.* Molin. *tom. 3. disp. 714. num. 2. §. quando per Confessarium*, Toletus, Navar. alique apud Dianam *loco citato*, quibus adde De Lugo *tom. 1. de iustitia, dispensatione 23. sect. 5. à num. 59.* Dicast. *loco citato, num. 111. imò num. 113.*) quia in te semper remanet radix obligans ad restitutionem, nempe iniusta acceptatio, & Dominus nisi rem ipse cum effectum